



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Locorum Communium Religionis Christianæ Partitiones**

**Arnoldus <Vesaliensis>**

**Coloniae, 1565**

**VD16 H 312**

Caput 32. Diligit ne Deus alium alio magis aut minus?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30256**

L I B E R III.

ad actum destruetur, substantia ipsius manente, charitas tamen quo ad utrumque manebit.

Quæ & ipsa secundum modum patriæ in Christo fuit. Vnde & modum charitatis eorum, qui sunt in patria, ipse adhuc in via seruauit, ita, scilicet, ut electos sicuti se, ad vitam æternam, dilexerit, eorumque salutem iuxta diuinam optârit voluntatem. *1. Ioan. 4.*

Caput 32.

Diligiti'ne Deus alium alio magis aut minus?

**V**Na eademque dilectiōe omnia creata ab æterno æqualiter Deus dilexit, ipsam videlicet in se considerando, ut quæ est æterna & immutabilis Dei essentia: quæ nec magis nec minus suscipere potest. *Sap. 11. Gene. 1.*

Secundum efficientiam autem id magis ab æterno dilexisse dicitur, cui in tempore idque absque sui mutatione plus boni impartitur. *Phil. 4.*

Vnde & secundum effectum vñ plus vno tempore quam alio, diligere dicitur. *Aug. lib. 5. cap. 16.*

Quod autem de electis astruitur, absolute Deum eos ab æterno dilexisse, de reprobis non conceditur, nisi cum

*de Trinitate*

G si cum



*Malac. 3.* nisi cum additione, scilicet qua opus eius erant futuri.

Caput 33.

*Fuerunt'ne in Christo uirtutes omnes cardinales?*

**V**irtutes cardinales seu principales, quatuor sunt, scilicet, iustitia, quæ (vt Aug. loquitur) est in subueniendo miseris: Prudentia, quæ est in præcauendis insidijs: *Lib. 14. de Trin. c. 9.* Fortitudo autem in perferendis molestiis: Temperantia, in coercendis delectationibus prauis: quibus quidem in hac vita bene uiuitur, & post hanc vitam peruenitur ad æternam. Et hæc in Christo plenissime fuerunt secundum usum quæ habent in patria, atque etiam secundum eum quæ habent in via, quo ad passiões ab extrinseco illatas. Quæ etiam uirtutes remanebunt, quantum ad habitum, quamuis alium ibi usum sint habituræ. *Sap. 8.*

Caput 34.

*Sunt'ne 7. spiritus sancti dona inter uirtutes adnumeranda?*

*Lib. 1. de spiritu s. cap. 20.*

**S**ecundum Ambrosij sententiam dona spiritus sancti, dicenda sunt esse uirtutes, operationem uidelicet

delicet h  
Sunt  
cet donu  
filij. forti  
timoris.  
desitura  
à beatis  
quàm nu  
Quæ d  
iuxta Esa  
quit, supe  
Ea aut  
ra, cū de a  
timore sp  
tamē & so  
ni sanctus  
li. Vnde &  
effectū, ve  
Sed est  
alius mur  
tur, & hic  
Eo enim,  
nis pericu  
bonorum  
uile, quo  
hibet ad p  
nus quide  
tialis, quo  
durū vide  
ta deuitat  
pōnā hab